iste sextonos ubiq; impleuit

DXXXI CCCCXLI. Et hic est C. Quoniam igitur A. B. minus semitonium. Et maius differentia ei quod est B ab eo quod est C. perquirenda est. ea est VII CLIII. id sit D. sed hic numerus dudum comma monstrabat. Erit maius igitur semitonium a minore comma differentia facit.



Rursus demonstrandum propono. tonum duobus semitoniis minoribus solo commate esse maiorem.
Sit A numerus (iste quintus est ton habit sup) CCCCLXXII. CCCXCII. ab hoc intendatur tonus (ipse est sextus ton superior) DXXXI. CCCCXLI. et sit hoc D.
Ab eo uero quod est A. intendatur semitonium minus quod est B. et sit B. CCCCXCVII. DCLXIIII. Item ab eo quod est B. semitonium aliud intendatur minus quod est C. et sit C. DXXIIII. CCLXXXVIII. Quoniam igitur AD. tonus est. AC uero duo continet minora semitonia. uideamus quae sit differentia inter C atque D. numeros constituta. Est autem scilicet unitatum VII. CLIII. demonstratum est igitur tonum duobus semitoniis minoribus commate esse maiorem.



Differentia inter A et C. id est inter CCCCLXXII CCCXCII. et DXXIIII CCLXXXVIII. est LI DCCCXCVI. quae tamen diuiditur inter duo semitonia. Inter primum ac secundum terminum est differentia XXV CCLXXII. Inter secundum ac tertium est differentia XXVI DCXXIIII. quae duae simul iunctae superiorem differentiam inter primum et tertium restituunt.

Semitonium		Semitonium	
CCCCLXXII CCCXCII. A	CCCCXCVII DCLXIIII. B		DXXIIII CCLXXXVIII. C

XXV CCLXXII differentia horum

XXVI DCXXIIII differentia horum

LI DCCCXCVI differentia extremorum.

Inter hos duos extremos spatium duorum semitoniorum